

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

12. Vtrum aduena & peregrini obligentur legibus locorum, in quibus pro tempore versantur quamuis in proprio ipsorum territorio non obligent.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

N.B. Incolas tamen Catholicos in terris hæreticorum V.C. Vlmæ ex æquitate quadam, & præsumpto consensu Catholicorum Praesulum ad communem pacem seruandam, festa & ieunia celebrare posse secundum Calendarium vetus; quibus etiam peregrini Catholici, dum inter eos morantur, se conformare poterunt. 135.

Operarii ex locis Catholicis egredi non possunt ad loca hæreticorum in quibus ob diuersitatem Calendarii festa non seruantur, quia leges Ecclesiasticæ quæ ad spiritualē utilitatem subditorū promulgantur, talem conditionem annexam habent, ut subditis sine iusta causa earum obligationem subterfugere non liceat.

Si sponsi sine iusta causa, adeoque in fraudem legi, egrediantur ad contrahendum matrimonium sine parocho & testibus, in loco vbi Concilium Tridentin. non receptum, peccant quidem, sed eorum Matrimonium validum esse videtur, quod sit ex numero contractuum, quibus id proprium est, ut regulati debeat secundum Leges & Consuetudines locorum, vbi celebrantur.

## C A P . XII.

*Vtrum Aduenæ & Peregrini teneantur legibus locorum, in quibus pro tempore versantur, quamvis in proprio ipsorum territorio non obligent?*

A Duenæ, si causa inhabitandi ad tempus longum venerint, vel quasi domicilium figent in oppido alieno, omnibus eius legibus obligantur.

Ratio, quia tales eius loci forum sortiuntur, id est, iurisdictioni subiiciuntur, Ecclesiasticæ & Civili. Ergò etiam adstringuntur legibus.

- 2 Princeps non obligatur statutis municipalibus civitatis aut prouinciae ad quam aduenit, quamvis longo tempore moratur, Sicut nec Legatus in Prouincia diœcesalibus Legibus obligatur. Ratio, quia eiusmodi leges ab inferiore potestate latet suorum, ut vim nullam habeant in superiorum principem.
- 3 Advenæ & peregrini, licet in loco diu moratur non sint, obligantur tamen legibus communibus quæ in ipsorum patria speciali priuilegio vel consuetudine non seruantur. V. C. Ciuis Mediolanensis peccat, si Romæ primis Quadragesimalibus diebus carnes comedat, quia specialis illa Consuetudo carnes vescendi est priuilegium locale, quia Ciuis Mediolanensis frui non potest, dum absens est. Contrarium tamen probabiliter docet Sanchez, quia ciues, inquit, dum absentes sunt, sed mox in predictam reddituri, per fictionem iuris pro praesentibus habentur.
- 4 Aduenæ, dum in aliena terra hospitantur, non obligantur legibus & consuetudinibus eius loci propriis. Ratio, quia ad obligandum aliquem legibus requiritur iurisdictionis: sed peregrini ob breuem hospitalitatem moram non subiiciuntur iurisdictioni. Ergo non obligantur eius loci legibus.

- 5 Contractus & testamenta interpretationem a valorem accipiunt secundum leges loci, in quo sunt. Hoc enim pertinet ad pacificam communicacionem cum incolis.

Sacerdos Græcus transiens per Ecclesiam lat-

nam  
sicut  
con  
est  
rum  
N  
ca; te  
velu  
ferm

P  
tur l  
in qu  
nisir  
delic  
sessio  
tione  
subie  
vagi  
linqu  
pliicit  
nem

C  
berna  
aut C  
ricti  
ciues  
quur

nam, potest in azymo consecrare, vel in fermentato, sicut maluerit. Ratio, quia peregrinus legibus & consuetudinibus suæ patriæ liberatur, dum absens est: Verum neque astringitur alienis eorum locorum, per quæ tantum transit.

N.B. Latinus sacerdos celebrans Romæ in Græca; tenetur celebrare more Romano, quia Græcis, veluti privilegium personale concessum est, ut in fermentato sacrificare liceat.

Probabile est, quod neque vagabundi obligentur legibus & Consuetudinibus proprijs locorum in quibus hospitantur, quia nemo sortitur forum, nisi ratione domicilij aut habitationis, vel ratione delicti, vel ratione contractus, vel ratione suæ possessionis sitæ in territorio, vel denique interdum ratione originis. Vagi autem nullo horum modorum subiecti sunt. Ergo. Per consuetudinem puniantur vagi delinquentes, ne eorum crimina impunita relinquantur. Sed tamen hinc non sequitur eos simpliciter & in omnibus sortiri forum, seu iurisdictionem loci, in quo existunt.

### C A P. XIII.

*An, & quâ ratione Clerici ciuilibus legibus obligentur.*

Clerici obligantur communibus secularium principum legibus, quæ ad Reip. bonam gubernationem pertinent, neque sacris Canonibus, aut Clericorum statui repugnant. Ratio, Quia Clerici in communī vitæ societate degentes, sunt etiam ciues ac membra Rèipubl. Ergo naturali ratione æquum est eos etiam præstare, quæ ad communem

G S Rei-